

[1108, 5 avril-1109, 25 avril]. – Prieuré de Saint-Martin de Josselin, salle du chapitre

*Donation par Josthon, vicomte de Porhoët, au prieuré Saint-Martin de Josselin<sup>1</sup>.*

AD 56, 27 H 1

/1/ Post multa et [m]agna beneficia que *Jostho*<sup>2</sup>, vicecom[e]s /2/ de castello Jos[c]elini, contulit, pro anima sua et parentum /3/ suorum, Deo et Beato Martino Majoris Monasterii et nob[is] in eodem /4/ monasterio in habitu monachili<sup>3</sup> Deo servientibus, saluberrime /5/ cogitans idem vi[c]ecomes, quia scriptum est « quę seminaverit ho-/6/-mo hęc et metet », optansque mensuram coagitatam et superafflu-/7/-entem in ętema vita recipere ad cumulandum beneficium /8/ suum, dedit nob[is] in ecclesia Beatę Marię de castello suo jam /9/ nominato, quartam partem, id est partem illam quę ante fuerat /10/ Eudonis<sup>4</sup>, clerici ; quam partem ipse vicecomes tenebat in ma-/11/-nu sua solutam et quietam eodem Eudone jam defuncto. /12/ Concessit quoque nob[is] alias tres partes eju[s]dem ecclesię, si eas /13/ possemus [adqui]r[er]e aut promisit etiam se daturum, si [ex] toto /14/ in ejus d[o]minium devenirent. Actum in capitulo nostro apud /15/ idem castrum, anno dominicę incarnatio[n]is MCVIII, ag[en]-/16/-tibus nobis, sub d[o]mno abbate Wille/mo anno ILLto, eodem /17/ domno abbe Wille/mo eidem capitulo presidente, pr[e]sen-/18/-tibus monachis nostris, Wille/mo, priore Majoris Monasterii, Guarino /19/ de Lanigan, Radulfo, priore castelli Joscelini, Milone, priore /20/ Sancti Maclovii, Petro, bajulo, Evano, sacrista, G[ilone], fili[o] /21/ Ansquitilli ; ex parte vero vicecomitis, Symone, sororgio [et] /22/ filio Bernardi de Rupe, et Gingomaro, capellano v[i]ceco-/23/-mitis.

<sup>1</sup> Un fac-similé du document, réalisé en 1780, est conservé aux Archives Nationales (M 522, fac-similé n° 10). Il permet de compléter quelques éléments effacés sur l'original, laissés entre crochets dans la transcription.

<sup>2</sup> Jostho/Josselin II, vicomte de Porhoët, fils d'Eudon I<sup>er</sup>, vicomte de Porhoët.

<sup>3</sup> Sic., pour monachali (cf. a.).

<sup>4</sup> L'encre est plus foncée : le terme semble avoir été ajouté ultérieurement, pour remplacer un terme gratté.